

fimo Reipub. Noricæ ordine repetitus, in
splendidissimã, nobilissimamq; illam civita-
tem venit, in qua cum ita juventutem erudi-
ret, ut domus ejus officina sapientiæ & elo-
quentiæ haberetur, non modò senatorii or-
dinis homines gravissimos viros doctrinæ
suæ auditores habuit: sed ab ordine etiam il-
lius civitatis amplissimo, cum aliis ad impe-
rii comitia A. 1530. Augustam legatus fuit,
ubi præstantissimo viro Philippo Melanch-
thoni cœlestis doctrinæ summam, quæ à
loco, in quo coram Cæsare & imperii ordi-
nibus publicè recitata fuit, confessionis Au-
gustanæ nomen invenit, de sententia D. Lu-
theri, informanti consilio & opera præsto
fuit, eumq; se & in pietatis religiosæ studio,
& disciplinarum optimarum professione,
& in omni vitæ statu, ut operam ejus ad re-
stitutionem Gymnasii Tubingensis Dux
Würtembergicus, & tandem Saxoniae princi-
pes Henricus & Mauritius ad constituen-
dum statum Academiae Lipsiensis expete-
rent, quod ea ætate nemo unus vir esset, quo
magis innixa res literaria staret. Is igitur
Tubingam anno Servatoris nati 1535. &
inde Lipsiam sexennio post pervenit, ac
utrobiquè cum ad collocandum statum rei
scholasticæ laudabilẽ prudentia & consilio,
tùm